

bum enim suspensum lentius est, quod prius domi maturitatem adsequi vult, quam nequit in arbore, quam mitescat.

Messum far promendum hieme in pistrino ad LXIX
 5 torrendum, quod ad cibatum expeditum esse velis; quod ad sationem, tum promendum, cum segetes maturae sunt ad accipiendum. item quae pertinent ad sationem, suo quoque tempore promenda. quae vendenda, videndum quae quoque tempore oporteat promi:
 10 alia enim, quae manere non possunt, antequam se commutent, ut celeriter promas ac vendas; alia, quae servari possunt, ut tum vendas, cum caritas est. saepe enim diutius servata non modo usuram adiciunt, sed etiam fructum duplicant, si tempore promas.

15 Cum haec diceret, venit libertus aeditumi ad nos 2 flens et rogat ut ignoscamus, quod simus retenti, et ut ei in funus postridie prodeamus. omnes consurgimus ac simul exclamamus, 'quid? in funus? quod funus? quid est factum?' ille flens narrat ab nescio
 20 quo percussum cultello concidisse, quem qui esset animadvertere in turba non potuisse, sed tantum modo exaudisse vocem, perperam fecisse. ipse cum patro-3 num domum sustulisset et pueros dimisisset, ut medicum requirerent ac mature adducerent, quod potius
 25 illut administrasset, quam ad nos venisset, aecum esse sibi ignosci. nec si eum servare non potuisset, quin non multo post animam efflaret, tamen putare[t] se fecisse recte [L]. non moleste ferentes descendimus de aede et de casu humano magis querentes, quam ad-
 30 mirantes id Romae factum, discedimus omnes.

10 quae *m v.* quo || 22 fecisse *v.* fecit se || 26* || 27 *del.* *Iucundus* || 30 Varronis rerum rusticarum de agri cultura liber I explicit. Marci terenti uarronis rerum rusticarum de re pecuaria incipit l. II ||